

WERNER  
CELSIUS, OLOF, D.Ä.  
SETTHELIUS, HÅKAN

**Specimen academicum historiam urbis  
Gothoburgi breviter exhibens, quod  
consentiente amplissimo collegio philos. in  
regia academia Upsalensi, sub præsidio ...  
Olavi Celsii ..., publicæ disquisitioni mo**

Upsalis, ex officina Werneriana.  
1715

# EOD – Miljoner böcker bara en knapptryckning bort. I mer än 10 europeiska länder!



## Tack för att du väljer EOD!

Europeiska bibliotek har miljontals böcker från 1400-till 1900-talet i sina samlingar. Alla dessa böcker går nu att få som e-böcker – de är bara ett musklick bort. Sök i katalogen från något av biblioteken i eBooks on Demand- nätverket (EOD) och beställ boken som e-bok – tillgängligt från hela världen, 24 timmar per dag och 7 dagar i veckan. Boken digitaliseras och blir tillgänglig för dig som e-bok.

## EOD bokens fördelar!

- Få samma utseende och känsla som med originalet!
- Använd ditt standardprogram för att läsa boken på skärmen, zooma och navigera genom boken.
- Skriv ut enstaka sidor eller hela boken.
- *Sök:* Använd fulltextsökning för enskilda fraser.
- *Klipp & klistra:* Kopiera bilder och delar av texten till andra applikationer (t.ex. ordbehandlingsprogram).

## Villkor för användning

Genom att använda EOD-tjänsten accepterar du de villkor som ställs av biblioteket som äger den aktuella boken.

- Villkoren på svenska: <http://books2ebooks.eu/odm/html/nls/sv/agb.html>

## Fler e-böcker

Redan nu erbjuder 30 bibliotek från 12 europeiska länder denna service.

Mer information finns tillgängliga via <http://books2ebooks.eu> alla boken.

- <http://search.books2ebooks.eu/>

C. ELSIUS

George Pu  
(Bk)

GÖTEBORG

1700-1829





CELSIUS. OLSE.

Q. F. F. Q. S.

Z. *Siv. Saml  
Geogr. Sv*

SPECIMEN ACADEMICUM  
**HISTORIAM**  
URBIS  
**GOTHOBURGI**

*(B)  
Göteborg  
1700-1829*

Breviter exhibens,

QUOD

*Consentiente Amplissimo Collegio Philos.  
in Regia Academia Upsalensi,*

SUB PRÆSIDIO

VIRI

*Adm. Reverendi atq; Celeberrimi,*

**MAG. OLAVI CELSII**

Lingv. Orien. Prof. Reg. & Ord.  
ut & Præpos. & Pastor. in *Börjel.*


*Publica disquisitioni modeste subicit*

**HAQVINUS E. SETTHELIUS**

*Gothoburgensis*

In Auditorio Gustav. Maj. ad diem xxii

Junii Anno c*1*o*1*o*1*o*1*o*1*o. 1715



U P S A L I S

Ex Officina WERNERIANA.



S:æ R:æ M:tis  
MAGNÆ FIDEI VIRO;  
*Perillustri atque Generosissimo*  
BARONI ac DOMINO,  
**DN. CAROLO**  
**GUST. MÖRNER,**  
Generali locum tenenti,  
Gothoburgensium & Præfectura  
Bahufiensis  
Gubernatori Eminentissimo:  
Exercitus ad fines Norvegiæ militandi  
tantis Duci Strenuissimo &c.  
MÆCENATI SUMMO,

**V**obis, Perillustri D:ne Gubernator,  
*bis Gothoburgensis magnis luminibus,*  
*plane atque immortalia sunt, Vobis, in-*  
*Gothoburgi levem adumbrationem, cum spe*

D. D.

Generosiff. & Reverendiff.



S:æ R:æ M:tis

MAGNÆ FIDEI VIRO,

*Reverendissimo in CHRISTO*

*PATRI ac DOMINO,*

**DN. JOHANNI**

**POPPELMAN,**

S. Theologiæ Doctori  
celeberrimo,

Dioceseos Gothoburgensis Episcopo

Gravissimo &c.

Patrono ætatem devenerando,

Reverendissime in Christo Pater, *ur-*  
*uorum in musas pariter merita, divina*  
*nam, Macenates propensissimi hanc urbis*  
*ertissima vestri exoptatissimi favoris*

Nom. Vest.

*Devotissimus Cliens*

**Haquinus Setthelius.**

*Viro Admodum Reverendo, atque  
Præclarissimo*

**MAG. ISACO  
LITHOVIO,**

Dicæseos Gothoburgensis Arch  
Præposito gravissimo,  
Templi Cathedralis Pastori  
laudatissimo,  
PATRONO exoptatissimo.

*Plurim. Reverendo. atque Doctissim.*  
*VIRO*

**Dn. ERICO  
SETTHELIO.**

In Sättila & Hysna Pastori vigi  
lantissimo,  
PARENTI optimo, & longe ca  
rissimo,

quovis honore & amoris obsequio  
ad cineres usque prosequendo,

*Hoc. quaecunque. ingenii specimen. in  
devotæ venerationis documentum  
consecrare voluit.*

Adm. & Plurim. Rever. N. V.

*Observantissimus cultor*

H. S.

## Fili intime Dilecte.

**B**iennium in celeberrimo ad inclutam Salam Athenæo vix exegisti, & tamen conperio te medios inter armorum strepitus, onus humeris impar, in deportando Gothoburgum Upsaliam per exercitium Academicum moliri: Quod egregium tuum conamen, etsi fœtum præcocem non potest non promittere; meum tamen non erit remorari, sed potius calcar addendo extimulare, non sufflamina-re, sed gratulando sufflare. Scilicet reverentia erga eos, quibus svadentibus obsequium debes, & natalis soli dulcis amor, ad hæc tentanda te sollicitarunt. Quo pacto Ulysses ille Homericus ne immortalitatem quidem Ithacæ suæ præferendam censebat. Et quamvis vel conatus simplex in rebus arduis laudem mereatur; monendus tamen mihi in antecessum eris de Chronologia, quæ hic plerumque obscurior per incolarum ora circumfertur. Deum insuper supplici veneror corde ut eximiis conatibus tuis optatus respondeat successus! quo reip. utile membrum evadere possis. Sättla Calend. Decemb. A:ni 1714.

ERICUS SETTHELIUS.

## Præfatio.


**P**Arum valentibus humeris gravissimum subeo onus, Lector humanissime, Gothoburgi faciem, oculis tuis subiecturus; quod institutum, ut decet, exsequi, tum rerum prohibet diversitas, tum etiam temporum, in quæ incidimus, malignitas. Faciam igitur, quod solent, qui terrarum situs depingunt, brevi quasi tabella totam ejus imaginem complectar, quam si digne satis exprimere non valero, animum magis quam opus respicias, oro atque obtestor.



## CAPUT PRIMUM

### De Urbis Gothoburgensis Fundatione.

#### § I.



Uamquam in celeberrimarū urbium enarrandis laudibus, antiquitate ne magis an suo sint metiendæ splendore, dubitari possit, nostrumq; Gothoburgum, regni Gothici florentissimum emporium, a jacto sui fundamento vix integrū adhuc steterit seculum: oppido tamen manifestum est in flore suo & vigoris apice jam existens, nobilissimas quasq; Sveciæ urbes superare, & Holmiæ

A orbis

orbis nostri Romæ secundum merito judicari posse. Ortum suum ducit ex trium quondam urbium Lodosiæ, Elfsburgi, veterisq; Gothoburgi in unum coalescentibus reliquiis.

§ II.

Nova Lodosia, Svetice Nylö/Ödesjö, vulgo Nylöse/ Gothoburgo ad orientem ccc. circiter passibus aberat. Nomen hæc debuit Lodosiæ veteri, ad Albim Gothicum Gothoburgo septentrionem versus tribus circiter lapidibus distanti, quam populosissimam olim urbem fuisse vel inde conjicere licet, quod septem templorum rudera nostris conspicienda temporibus reliquerit. Neq; Stockholmia comparare hanc urbem dubitavit Johannes Magnus a): *Eodem, inquit, tempore duo præcipua emporia combusta fuerunt, Stockholmia apud Sveones, & Lodosia apud Vestrogothos, forte ut fatali incendio ostenderetur,*

a) pag. 762.

deretur,

deretur, neutrum sine altero perich-  
tari posse. Præclarum autem ac-  
cessit urbi fastigium a commodis-  
simo portu, ad quem olim sita  
fuit, ut idem Johannes Magnus *b)*  
testatur: *Est enim in ea terra popu-  
lus ad omnem humanitatem propen-  
sior, habetque commodiorem portum,  
in occidua sui parte Lodosiam, quam  
sit aliquis in tota reliqua Gothia &  
Svetia.* Fluvius vero in dies are-  
na limoque coarctatus, importuo-  
sum hoc loco reddidit litus, unde  
commercia cum exteris incommo-  
dissime exercere poterant cives.  
Quare tribus circiter hinc millibus  
passuum, novæ sibi Lodosiæ quæ-  
sivere sedem: Hæc urbs magna,  
quæ invis ceperit incrementa, vete-  
ris tamen non æquare potuit fasti-  
gium, loci, quo condita erat, illud  
prohibente ingenio, ab omni quip-  
pe parte excelsis septa erat mon-  
tibus, unde hosti, tormentis &  
globis ignitis, eam laceßere faci-  
*b) pag. 671.      A 2      le*

4  
le fuit, usque dum Anno 1612. a  
Jespero Kruus Dano occupata igne  
ferroque vastaretur. Hodie vocatur  
Gamlestad / & Gothoburgo ad-  
jecti suburbii speciem præbet.

§ III.

Arx & urbs Elfsburgensis ad  
ostium fluvii Gothici olim positæ  
fuerunt. Illius hodie rudera super-  
sunt, urbis vero ne minimum qui-  
dem extat vestigium. A:0 1612.  
Danis diu ac fortiter repulsis, sub-  
sidioque frustra expectato, arx  
tandem dedita est, postea vero pre-  
tio redempta ad pristinum domi-  
num rediit. Anno circiter 1660.  
veteri dirutâ & solo fere æquatâ,  
exstructa est nova arx Elfsbur-  
gum, de qua infra.

§ IV.

Tertia erat Gothoburgum ve-  
tus auspiciis Serenissimi Regis  
CAROLI IX. in Hisingiana insula,  
e regione Elfsburgi, fundata, am-  
plissimisque ornata privilegiis, quæ  
inter

inter alia ad bellum nobis inferendum Danos maxime incitarunt, ut historiæ Svecanæ scriptores passim testantur. Memorat etiam Johannes Messenius hic medios inter Evangelicos Calvinistarum, Mennistarumque surrexisse ecclesiam, & triplex ideo lilium interpretandas spinas emicans, hisce verbis appositis: *velut lilium inter spinas*, pro insigni illis fuisse. Antequam vero latius sese diffundere potuit virus, fatis cessit urbs.

§ V.

Hasce prænominatas, partim ortâ belli tempestate, partim a se invicem, una alteram suo destruyente incremento, deletas, & ad pristinam fere planitiem redactas, nova excepit urbs Gothoburgum, haut secus ac si cerneret, mediis ex tenebris rutilans oriri sidus, quod omnibus circa discussis tenebris suos longe lateque per obem spargeret radios. Operis hujus,

atque urbis clarissimæ auctor & fundator audit Rex quondā Svecorum Gothorumque potentissimus, nunc piæ & gloriosissimæ memoriæ Gustavus Adolfus Magnus, qui prima hujus urbis fundamenta orsurus datis An. 1619 privilegiis, & modo nominatarum urbium civibusque huc commigrare, jussis, Hollandis, quoque & Scotis, quorum magna ibi erat multitudo, hic considerare permisit, unde ad hunc usque diem platea populosissima Batavorum, & quæ nunc Regia, Scotorum olim adpellata fuit. Urbis hujus novæ forma circulari quingentorum circiter passuum ambitu cõdendæ, anno 1620 factum est initium. Anno autem sequenti, die S. Bonifacii, serenissimus Rex urbem privilegiis diutius duraturis, usq; amplissimis, articulis triginta & septem comprehensis, clementissime donavit.

## CAPUT SECUNDUM

## De Nomine &amp; situ.

## §. I.

Nomen Gothoburgi sonat *propugnaculum Gothorum*. Gothos autem gentium omnium, quas sol vidit, bellicosissimos fuisse eorum per totum orbem sparsa præconia, & exemplis heroicæ eorum virtutis pleni veterum scriptorum libri satis superque loquuntur. Indicant quoque fortitudinem Gothorum bellicam illorum insignia, quæ Gothoburgo indulsit idem Serenissimus Rex, & quidem hisce verbis: *Stotheborg skal föra til wapn en blå sköld med 3 strömmar up emot högre sidan/ där uti ett fullkomligt guldraget Lejon/ löpandes åt vänstra handen/ uti den höggra floen ett draget swärd/ och i den vänstra nedanföre hållandes en blå sköld/ der uti 3. gula kronor/ två*

8  
ofwansföre och en under / alt efter  
de Giöthars sätt. vid. Privilegia  
Gotheburg. artic. 1.

§ II.

Situm est Gothoburgum in  
Vestrogothia, Provincia Elfsbur-  
gensi, & territorio Säfve-dalia  
(quod etiam inter alia complura  
est ditionis Gothoburgensis) &  
quidem ad litus Albis Gothici in  
campo Gullbergiano. Ab urbe, quã  
ad meridiem & orientem spectat,  
campus est, quem medium inter-  
fluit amnis Gullbergianus, qui etiã  
fossa satis ampla in urbem deductus,  
duas in partes eandem dividit, au-  
stralem nempe, cui adjacet castel-  
lum Gothica Corona dictum; &  
orientalem, juxta quam alterum  
castellum Leonis Gothici nomine  
insignitum. Ad latus occidentale  
suburbium Haga cernitur, ipsum-  
que mare occidentale quingentos  
circiter passus ab urbe remotum.  
A septentrione vero, & ex parte  
etiam

9  
etiam ab occasu mœnia alluit li-  
quore suo notabile flumen Gothi-  
cum, quod hic quoq; Savyæ & Moln-  
daliæ amnibus receptis est latissi-  
mum. Extra urbem & vicinos  
campos aquis irriguos, loca sunt  
perquam montuosa, quæ hostibus  
asperitate sua aditum facere pos-  
sunt difficiliorem. Hisce vero ru-  
pibus nemora, hortos, prædiaque  
& amœnissimos prospectus natura  
admiscuit, quos vel enumerare  
longum foret; in subjecta vero pla-  
nitie eminent turrium decora fa-  
stigia, mox civium rubentia tecta,  
& sublimia urbis mœnia ab omni  
fere parte conspiciuntur.

## CAPUT TERTIUM

De munimentis, suburbiis, æ-  
dificiis præcipuis aliisque urbis  
ornamentis.

§ I. In-

## § I.

Inter potiora urbis munimenta ( quæ singulari cura serenissimorum Regum fortissima evaserunt ) primo loco præcella mœnia ipsius urbis referendi merentur, quæ saxis politis pari acclivitate in altum consurgentia in munitiones varias operaque suis quæque nominibus distincta extenduntur; neque desunt tormenta bellica; antè vero fossa est altissima. Extra urbem Corona & Leo Gothicus ( vulgo *Rosåhs & Gullbårg* ) castella conspiciuntur munitissima, quorum prius non multos abhinc annos in prærupti montis jugo firmissime constructum atque concameratum murisque lapideis cinctum est. Posterius vero a Rege Birgero conditum fuisse constat.

a). A:o 1612 mense Januario castellum hoc, oppugnante Dano, a centurione Martino Krakovio egre-

a) *Loccen. Hist. Succ. lib. III. p. 103.*

gregie defenditur; huic vero jam vulnerato successit uxor, quæ ope nonnullorum militum, portam tormentis diruptam, omnibus, quæ ad manum erant, præstruendo, & fervens lixivium in capita oppugnantium effundendo fortissimè se gessit; tandem vero post impetus hostium quinque acerrimos, castellum deditione occupatur: post autem nostris iterum restituitur. Castella hæc tum structurâ murorum, tum etiam situ, non ipsa tantum ab hostium telis tuta sunt, verum etiam urbem tutari, & hostes a vicinis montibus propulsare valent. Hisce haud immerito adnumeratur geminum illud promontorium intra urbis mœnia, *Otrilla* dictum, quod ad urbis partem occidentalẽ monti Ramberg, transfluvium sito ( quod alias hostium molitionibus accommodatum certe foret ) natura commodissime opposuit; Hodie munitissimum est, muros-

murosque illud ambientes, turrium instar, summum ipsius montis æquantes jugum, vix quemquam sine admiratione adspexisse certo mihi persvadeo; quantumque hosti damnum afferre possit, qui oculis illud subjecere, facile intelligunt. Neq̄ silentio prætereã quod de ejus adpellatione refertur memoratu dignissimũ; Serenissimum nempe Regem CAROLUM XI. gloriosissimæ memoriæ, promontorium hoc contemplandi causa ascensurum interrogasse optimatum quendam, unde promontorium illud Otrilla diceretur? Qui statim responderit: Otrilla adpellari quasi odvissat/ cum ab hoste nunquam fuerit occupatum.

§ II.

Suburbium est Haga, quod occidentem versus parvo spatio ab urbe diffitum domicilia habet eleganter extructa, ac amœnissimos hortos. Plures etiam hic mercatori-

toribus sunt portus, unde malos & asseres ad externos exportant. Modico hinc spatio silva viret palatina (Slåstogen) spatiosissimum excipiens campum, quo plurimi ex urbe confluentes honestæ recreationis gratia varios instituunt lusus; ab utroque autem latere, quasi in gratum spectatoribus theatrum amœnissima virgulta surrexere.

### § III.

Publica sequuntur jam ædificia, inter quæ templorum faciendæ mentio. Templum Svecanum a Gustavo Adolpho conditum, conditorisq; adpellatū nomine, picturis variisque cælatis nitet ornamentis. Circa urbis primordia Pastoris pariter ac Superintendentis heic functus est munere Johannes Phrygius, quem secuti sunt: Andreas Prytz, qui templum Svecanum inauguravit A:o 1633. Doctor Ericus Brunnius, Professor antea Upsal-

len-

lensis; Doctor Zacharias Klingius, sub quo, constituenta S. R. M. te Episcopalis facta est hæc cathedra cum antea inter superintendentias, ut vulgo loquimur, numerata, non multo dignitate inferior fuerit. Magister Laurentius Billichius. M. Daniel Vallerius. Doctor Johan Carlberg. D. Laurentius Norman Professor Upsalensis. M. Olaus Nezelius, & hoc tempore Dn. Doctor Johannes Poppelman, omnes pietatis & eruditionis laude viri maxime conspicui. Templum Germanicum Italorum more artificiosè conditum est, & Reginae Christianæ dicatum, cujus & nomen retinet; hujus templi parietes Epitaphiis & toreumatibus auro argentoque fulgentibus vestiuntur, huic splendorem quoque addit illust. Comitis Askenbergii monumentum. Præsidii urbani templum, Cronhuset dictum, armamentario jungitur, armis variâque

re-

referto supellectili bellica. Curia splendide ædificata una ala forum, altera aquam præterlabentem aspicit. Gymnasium, & schola trivialis spatiosis auditoriis ad occidentalem fossam a Margareta Hvitsfelt A:o 1662. exstructum fuit. Stipendio quoque ex prædiis redundante munifice illud ornavit; Quin & regiis stipendiis hic aluntur, quam plurimi. Ædificium bilancis ferrariæ aquis undiq; cinctum est, ita ut exonerantes & recipientes ferrum ab omni parte huc adpellere possint. Eadem commoditate gaudet domus mercimoniorum, quò merces nuper aliunde ad vectæ primum inferuntur, ut & penarium publicum. Arx Regia magnifica sane, & ampla, ad Albim posita Gubernatori domicilium præbet.

#### § IV.

Urbs palis humido & limoso loco suspensa regulares adeo habet

bet plateas, ut nulla in parte defle-  
ctant, quare a Batavis novum Am-  
stelodamum nominatur. Sunt eti-  
am plateæ lapidibus optimè stra-  
tæ, & ab omni immunes squalo-  
re, quandoquidem aqua undecun-  
que veniens ab omnibus partibus  
in fossas defluat. Utrasque fossa-  
rum margines frondosæ prætexunt  
arbores, gratum præbentes adspe-  
ctum cum ad aquam habitantibus,  
tum in plateis incedentibus, & in  
fossis navigantibus, nam cymba  
totam fere circumvehi urbem, e-  
andemque litori, qua velis parte;  
applicare potes, quoniam gradi-  
bus ab unaquaque domo ad aquam  
descenditur. Fossæ plures sunt.  
Una major mediam urbem inter-  
secans ab amne Gullbergiano, ex-  
tra urbem manante derivata; ab  
hac autem tria deinde brachia seu  
minores fossæ ductæ sunt. Has  
vero omnes quatuor fornicati &  
sedecim circiter sublicii jungunt  
pon-

pontes. Fossa major in sui ostio  
 aquatilem molam habet, & in vi-  
 cinia bilancem ferrariam, cujus o-  
 perosum ædificium aquis undique  
 cingitur; proxime fossam excipit  
 orientalem, hinc forum majus, cu-  
 riam, templum Germanicum, ali-  
 aque splendida ædificia præterfluit;  
 magno deinde jungitur pugilum  
 ponte / *Store Rämpebryggan* / tri-  
 bus tantæ magnitudinis fornicibus  
 exstructo, ut eorum arcus majo-  
 ra etiam navigia subire possint;  
 Hic lapidibus quoque stratus, mul-  
 tumque super aquam assurgens, in  
 quatuor angulis, statuas habet, no-  
 minatissimorum in Svecia & Go-  
 thia pugilum Vitulfi, Starchateri,  
 Arngrimi, & Haldani, una manu  
 urbis insignia, altera hastas tenen-  
 tium; mox fossam occidentalem  
 recipit, & forum minus regiamque  
 præterlapsa, sub ponte pensili in  
 fluvium effunditur. Per totas no-

lampades, ut homines ipso quasi meridie, ne tenebris viam occultantibus, cæco errore in aquas ubiq; obvias incidant, tuti incedere possint. Inter urbis quoq; ornamenta portæ amplissimæ & in his Regia splendidissimo opere exstructa, nec non Typographeum, Pharmacopolia, Ptochotropheum, pannorum texendorum officina extra urbem posita, molæ, quæ equis, aquis, ventoqve circumaguntur, merito numeranda sunt.

## CAPUT QUARTUM

De urbis Gothoburgensis gubernatione, commerciis & portu.

### § I.

Urbis gubernatio in principio uni Burggravio, tribus Præsidentibus, & duodecim senatoribus unacum Sveco Germanicoque Secretario, commissa fuit. Burggravii autem hi fuere : Van Dyk, Daniel

el Lang, Andreas Apelbom, Israël  
 Norfelt, Gerhardus Lejonkrantz.  
 Præsidentium primo vices permu-  
 tabant inter se Senatores, post ve-  
 ro perpetua facta Præsidentium di-  
 gnitas ad sequentes deferebatur:  
 Primus, Rutgerus von Ackeren;  
 quem ordine secuti: Petrus Hö-  
 ger, Petrus Rosenschiöld, Petrus  
 Knutson Befverfelt, Laurentius  
 Broman, Antonius Knip, Israël  
 Norfelt, Jahannes Spalding, Ma-  
 gnus Gripenklo, Abrahamus von  
 Eyk, Johannes Makler, Alexander  
 Kock. Consules fuere: Gerhardus  
 Braun-Johan. Andreas Spalding.  
 Hoc autem tempore Dn. Jahannes  
 von Gerdes, & D. Wilhelmus Si-  
 lentz consulatum gerunt viri meri-  
 tis & æquitatis laude clarissimi.  
 Secretarii partes sustinet Dn. Ha-  
 quinus Eekman, vir præclara eru-  
 ditione atque doctrina, qui multa  
 ad urbis illustrandam historiam  
 benignissime mecum communica-  
 vit,

vit, quam humanitatem nullo non tempore, mente gratissima agnoscam. Senatores sunt duodecim: quorum sex ad literarum incumbunt studia ingenuasque colunt Musarum artes, reliqui negotiationibus vacant. Et hoc quidem tempore, Senatum Gothoburgensem magna cum laude constituunt viri sequentes gravissimi: Johannes Bechman, Jacobus Wadst, Franciscus Schröder, Johannes Böcker, Wilhelmus Utfall, Ericus Cederberg, Abrahamus Bruhn, Gerhardus von Ölken, Christophorus Christophori, Johannes Rambeau, Cornelius Torton, Kilianus Svartz.

§ II.

Cum Indigenis frequens est commercium, præcipue vero finitimis, ut Bahusiis, Wermelandis, Westrogothis, Smolandis, & Hallandis, unde magna vis ferri, malorum nauticorum, asserum, picis, aliaque advehuntur innumera

mera, quæ hinc ad exteros transportantur. Quantæ autem ad hujus generis commercia requirantur opes, facile est conjectu. Ferri quotannis Gothoburgo ad exteros tantum deportari affirmant, quantum, si vilissime æstimetur, summam exæquet 6. auri tonnarum. Cum exteris commercia longe lateq; per utrumque & Balticum & Germanicum mare, imo per ipsum oceanum Atlanticum, & Mediterraneum mare, in Asia, Hispania, Gallia, Britannia, præclarissimisque mari Balthico adjacentibus urbibus exercet,

§  
Portus spatiosus est pariter ac fidus, novæ arce Elfsburgo & situ & opere munitissima illum defendente. In hac arce reperitur templum, ubi populus in tribus congregatus contignationibus media sacerdotem habet, quod auspiciis Nobilissimi D:ni Christophori  
Vit-

Wittingii, Legionis Præfecti, ex-  
 quisita arte constructum est. Sta-  
 tiones navium duæ sunt vetus &  
 nova, vetus ab urbe C. circiter  
 passus distat, ubi naves construun-  
 tur. Heic etiam sedes Classis Præ-  
 fecti Illustr. Comitis Axelii Lejon-  
 hufvud. Nova statio circa fluvii  
 Gothici ostium a veteri quingentis  
 abest passibus, littusq; proximum  
 frequentibus tectis occupatum  
 est, ut urbis speciem præbeat.  
 Hæc ab ipso fundo firmissimo ope-  
 re munita est, ut omnes tempe-  
 statum marisque impetus frangat;  
 aliquot tamen abhinc annis acci-  
 dit, horrido spirante coro, ut flu-  
 ctus præter solitum intumescerent  
 naves ancoris male firmatas in  
 terram jactarent.

## CAPUT QUINTUM

De Memorabilibus & fatibus ur-  
 bis Gothoburgi præcipuis.

Anno

Anno 1643. Danus XI. navi-  
 bus Gothoburgum cingere & com-  
 meatu intercludere conabatur, sed  
 frustra: nostri enim per australe  
 ostium abunde com meatu suppe-  
 ditato, suis navigiis navem hosti-  
 lem Kopenhafven incendebant. *A:o*  
 1644. cum Danis factum prælium,  
 quo cives in plano loco *Sianen-*  
*gen/* illis obvii, gloriosam duce  
 Haraldo Stake reportarunt victo-  
 riam. *A:o* 1653. d. 10. Septembris  
 Regina Christina Gothoburgo jus  
 stapulæ concessit. *A:o* 1658. Co-  
 mitia Gothoburgi habuit gl:æ m:æ  
 Rex CAROLUS Gustavus de bel-  
 lo Danico prosequendo. *A:o* 1660.  
 ab eodem habebantur Rege Co-  
 mitia, quibus durantibus è vita ex-  
 cessit, & regni hæres declara-  
 tus est CAROLUS XI. *A:o* 1669.  
 magna pars urbis incendio con-  
 sumpta est. Inundationibus Gotho-  
 burgū nostrum sæpius, loci sic feren-  
 te natura, sine ullo tamen damno  
 ob-

obnoxium fuit. *A. 1678.* in Hisingiana insula castra posuit Danus, montemque Ramberg occupavit, a nostris vero mox fusus fugatusque: quippe magna hostium multitudine, tormentis ab Otrilla ceterisque urbis propugnaculis dejecta, ponte junxerunt nostri fluvium, & in hostem nil tale opinantem subito irruentes, magnaque eum clade afficientes, urbem obsidione liberarunt. Ultimò consideratu dignissimum est, urbem Gothoburgum ad hæc usque tempora, virginiei nominis decus servare, cujus animum precibus, vel pudicitiam viribus flectere & expugnare nullus unquam potuit procus. Quod superest, ardentissimis a Deo optimo Maximo expetimus votis, ut hanc ipsi fortunam æternet, in sui nominis gloriam, Regniq; Sveo-Gothici certissimam salutem & immortale decus.

**SOLI DEO GLORIA!**

To my Friend and Cousin,

M:r HAQUIN SETTHELIUS,

When he was putting out his Dissertation about de City of Gothenburg.

Sir

**F**inding me self, both by way of Friendship and relation, under an obligation, to concern me in your interest; I desire leave at the present opportunity for to come, and congratulate with you, upon the neat and ingenious discourse, which you seem prepared, within some of these days, to make public at this University. On which occasion, as you probably have made a nice and curious draught, not only of the situation, by which the sea-Port Town of Gothenburg seems by nature it self, to have been looked out for a considerable Place of Trade and Commerce in Europe; but also observed the great industry, due means and ways, which the Inhabitants of this Place, ever since their once being established, have made use of, in mounting the Top of their present Wealth and Happiness: so you have at the same time given unto the public a very essential and remarkable proof of your own industry

C

and

and commandable progresses in your studies. Which, that they one time or other, may, according to your merits, be rewarded with abundance of joye, prosperity and satisfaction, I wish of all my heart and soul; assureing you in the mean while of my being constantly for the futur with all sincerity conceivable

Sir

Upsala d. 15:th]  
of Jun 1715.

your faithfull friend and  
mosthumble servant

AND. BRATT

---

*Morum ac Doctrinae elegantia ornati-  
tissimo Juveni*

D. HAQUINO SETTHELIO,

URbem quid celebrem cumulatis laudibus effers?

Majorem nescis laudibus esse tuis?  
Duceris hac patriæ magna dulcedine  
terræ,

Scilicet, & tenero gentis amore tuæ.  
Ingenium labor ille tuum cum prodat  
aperte,

Quæ dederit fructus, urbs erit illa,  
tibi.

Upsal. 16. Junis  
1715.

*Ita gratulatur*

JONAS EKMAN,  
Sudermannus.

*Ornatissimo Doctissimoque*  
*Viro Juveni*  
D: no HAQUINO SETTHELIO,

ΥΜΝΕΙΣ δὴ ΓΟΤΟΒΟΡΓΟΝ εὐκτί-  
μενον πόλιεθρον.

Υμνήσει σε πόλις, Κ' ἀγγλαα ἄθλα κ  
νεμῆι.

*Holmia 6. Junii*  
*MDCCV.*

*adplaudit.*

A. ANTONIUS  
Stierman.

---

Til Respondenten

Hr: HAQUINUS SETTHELIUS,

Då han om Kongl. Stapulstaden  
Götheborg berömligen i Upsala dispute-  
rade.

**P**risvärdigt wist det är / att hafwa noga känning /  
Om utländs orter mång för den som beta will /  
Af androm lärd och flöt / ja skattas aldels gill /  
Och uti wisdoms konst ei hållas för en främiling.

Ei mindre pris man bör tillmåta sådant kynne /  
Som först sig kunnogt gör hwad hemma drifs om  
port /

För än det forar ut på någon utlänst ort;  
Som lærer känna sig / samt landsmäns art och lynne.

Σ

Ly huru mången plå / fasti flurta / tala / rånla ?  
Om det han aldrig såg / är icke väl stor i v: d /  
Som hade han besett then hela wi a jord  
Fasti han om egen bygd måst sela / vilje famla.

Men det är oförstånd; fasti annat sinne förer /  
Wår lärde Gjöthars wån / som rättlig först och  
frånst /  
Beser sin födslo ort / och hwad som ligger närmst /  
Jag menar Gjötheborg / det han med slit omrörer.

Uf hwilkens wackra wårk / (som han i dag förskäftar /  
Med nöje och beröm) hwar man kan Solklari se /  
Hans slit och lärdoms pund / och de ta witsord ge /  
Som icke Momus sielf med aswund sin inträcktat.

Ly ho' som det ei sett / rätt skulle nu påhittra /  
Att Gjöthars fasta borg / är några reior flytt /  
För än det skulle fast / och zirligt bli beprydt /  
Med starka skantzar / slätt / att ther i ro kan sittra

Then rätta Gjötha ått / som nögdas nu att strida /  
Men Juche / Dausst och Rorst / jag lägger Rysst  
ther till /

Med Pålack / andra fler' om jag beskriwa will  
Dem alla i en gån, / för hwilka wi måst lida ?

Om icke som i dag uplysning måtte gifwas  
Uf lärdoms wittira wett / den wår SETTHEL of  
ter

I luset hårligt fram / att hwar en klarligt ser /  
Hur thes föranner gör / att man ther wäl kan  
trifwas.

Han borg och fäste är / för alla tappra Gjöthar /  
En nyckel ill wårt land / ho är som icke wet /  
Att han i mången fåigd / har wist stor tapperhet /  
Med murar wäl befäst; och urstådt hårta sidat.  
Men

Men som wij denna stad en borg och fäste kalla  
Den of beskriwin år / helt arigt och behänd /  
Eå må och Hr SETTHEL en borg då bliwa nånd /  
För dygd och lärdom sin bland wänner / fränder alla.

Hwad glädie uthaf Er / Föråldrar Er lär sinna  
Er Synkon åfwenwål och många wänner fler /  
Jag ei utsöra kan / me. önskar desso ni r /  
Att i stads grönka må / så stadig fram ång winta ;

Ja gifre himlen att i till det mål må komma /  
Der lager Er tillbinds / för använd sit till lön  
För dygdewandel Er / den jag att Gud ei sön /  
Af hiertat önska will / med mycken mera fromma.

J. SCHOUGH,

Gothob:

---

*Peregrinatio, omnique elegantioris Doctrinae laudibus conspicuo*

D. HAQUINO SETTHELIO

Gothoburgi patriæ suæ Origines  
erudita Differtatione explicanti

**L** *Odosa veteris vix cognita rudera, foedo*  
Deformata situ, atque ortum, supremaque fata ;  
Translatasque illinc sedes, veteresque penates  
Omne felici migrantes, conditaque *Urbis*  
Tecta *Novæ*, narret quis digna cuspide cuncta?  
Hanc quoque cedentem fatis, surgentiaque inde,  
Quæ stupet attonitus, *Gothoburgica* moenia, Mavors  
Et refugit metuens nec cernere sustinet hostis,  
Splendoremq; urbis, statuas, fora, templa, domosq;  
Aut memoret portas, oras, pontesque superbos.

Et

Et quæcum cives legum teneantur habenis,  
 Juraque, summorum Sveciæ elementia Regum  
 Quæ Gothoburgiæ concessit civibus olim  
 Quis dicat, dignaque ferat quis laude per orbem?  
 Quæque occulta diu multos latuere vetustis  
 Huc illuc dispersa libris quis pandere docto  
 Sustineat calamo? Quis tanta recludere claustra,  
 Abditaque obscuris spissisque immersa tenebris  
 Tam secreta almas producere lucis in atras  
 Impiger audebit? Tantumque subire laborem  
 Quis volet & poterit? Tu solus, docte SETT HELI,  
 Quem sibi nascentem quondam delegit alumnum  
 Phœbus, & Aonides gremio fovere tenellum.  
 Tu dulcis patriæ justo stimulus amore,  
 Hoc primum ingenii specimen doctique, piique,  
 Edis, & intrepidus nulli tentata capessis.  
 Atque erit, ut, Patriæ per Te dum gloria crescit;  
 Sic quoque condignas quondam Tibi Patria laudes,  
 Concinat & tabulâ Patrio de marmore sculptâ  
 Nominis hæcæ Tui non interitura recondat,  
 O! nimium felix, præconia: *Quisquis in ista*  
*Hospes Hyperboræa veniens loca dissita gentis*  
*Magnifico spectas hæc tecta nitentia luxu*  
*Terroremque hostis Mævortia mœnia & arces,*  
*Si tantas miraris opes, si suspicis urbem;*  
*Hunc pariter Juvenem meritis quoque laudibus*  
*effer,*  
*Per quem perpetua posthac mea gloria fama*  
*Traditur, & toto nomen celebrabitur Orbe.*

Upsalis d. 14 Junii

1735.

J. F. F.

*A Monsieur SETTHELIUS*  
Sur  
Sa belle Differtation de Got-  
tembourg.

**J**adis on dit que Neptune en colére,  
De voir par Gottembourg son empire  
borné,  
Fit publier des defenses severes,  
Pour rabaisser un jour son éclat enoié.

Mais vu bien tôt que Pallas & Mer-  
cure  
Travailloient de concert, pour le faire  
fleurir;

Se desistant de ses cruels Murmures,  
Enfin il s'employa pour les faire réüssir.

Ainsi levant l'aigreur de ses defenses,  
Cent peuples, attirés par ce brillant du Nord,  
Y vinrent pour apporter l'abondance,  
Et même pour jouïr du bonheur de son sort.

Mais a quoi bon d' en loüer l'avan-  
tage?

Parce qu' en vous montrant vous mon-  
trez, cher ami,

Que Gottembourg est bien pourvu de  
gage

Du succès, quand il faut en soutenir le  
prix.

Stokholm le 2: de Juin  
1715.

J. Ahlström.

*Ad eundem.*

**D**um tu virtutem pariterque fideliter  
artes  
Excolis ingenuas, & suavi fœdere jūgis;  
Ac simul insignem, patriam, perdivite  
vena,  
Concelebras urbem, robur columen-  
que Gothorum:  
Et patria & virtus spondent tibi præmia  
magna.

HERMANNUS KOLTHOFF.  
Henr. fil. Vernl.

---


EIDEM.

**U**rbs magnificæ speciosa superbaque  
tecta,  
Dum facili & docta pingis amice  
manu,  
Ardua opus certo comitatur gloria  
passu:  
Virtutis nitide præmia justa feres.

Gothob. Pridie Calendarum

Junii Anni MDCCLXV.

P. W. J.





[www.books2ebooks.eu](http://www.books2ebooks.eu)